



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvmentvm Pacis Cæsaro-Svecicvm

circa 1740

Iohannes Vultejus, Illustrissimæ & Celsissimæ Hassiæ Landgraviæ &
Regenti à Consiliis Status & Belli secretioribus, eiusdem ad Tractatus Pacis
Universalis Monasterii Legatus Plenipotentiarius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51741](#)

JOHANNES VULTEJUS, Illustrissimæ & Celsissimæ Hassiae Landgravia & Regenti à Consiliis Status & Belli secrerioribus, eiusdem ad Tractatus Pacis Universalis Monasterii LEGATUS PLENIPOTENTIARIUS.

Dasselben Leben ist von Herrn Rath und Archivario KUCHENBECKER in Vita Hermanni Vultei ICri, 1731. p. 219. also gründlich beschrieben:

JOANNES natus Marburgi die VI. Ianuarii anno MDCV. patrinam habuit sororem natu maiorem, quæ in memoriam paulo ante demortui fratris ipsi hoc nomen imposuit. Hic positis rite in humanioribus & iure fundamentis à parentibus anno MDCXXII. Lugdunum Batavorum missus fuit, ubi publice ac privatim iuris studio operam navavit. Anno MDCXXIV. in Angliam abiit, Londinum Oxonium & Cantabrigiam perlustravit. Inde Parisios, Andegavum atque Genavam excurrit, ut Iralicam Gallicamque lingnam sibi redderer familiarissimam. Reversus per Helvetiam & Argentoratum Marburgi studia recoluit atque anno MDCXXX. Iuris Utriusque Doctor ibidem renunciatus est. Post hæc Spiræ in Camera vixit cum exerto bello ab ulterioribus itineribus impediretur. Vocatus à Philippo Rheinhardo Comite Solmensi, ad castra Suecia cum eo Consiliarius abiit, & Comiti Oxenstiernæ acceptissimus ad Suecia servitia vocabatur, quæ non detretat, nisi infelix ad Luzenam prælium hoc consilium dissipauerit. Castellas veniens à Wilhelmo V. Sanctior belli Consiliarius renunciat, ea conditione, ut omnibus expeditionibus Serenissimum suum comitaretur, fatis autem functo Wilhelmo V. ab Amalia Elisabetha in obsequiis retentus Comitiis Ratisbonensis anno MDCXLII. interfuit; imo ad Tractatus Westphalicos plena cum potestate missus quinquennium ibi fuit, & pacem perpetuamque quietem omni ope confirmavit. Redux Cancellarii dignitate exornatur anno MDCLI. cum id aliquamdiu esset deprecatus. In testamento Wilhelmi VI. Consiliarius Regiminis Tutorii fuit designatus anno autem MDCLXXXIV. die XIV. Augusti diem suum obiit, ab ipso Serenissimo Carolo morituriens adhuc visitatus. Conjugem duxit Hannovia anno MDCXLIII. die XVI. Octobris Elisabetham, ex celebri ac nobilissima Tossanorum (*) stirpe oriundam, ex qua decem liberos non sine gaudio suscepit. Quatuor vivis adhuc parentibus diem suum obierunt: Quatuor filias filiosque duos reliquit superstites, qui lineam Castellanam quam Tabula hic adiuncta sistimus, felicissime propagarunt.

IU-

(*) Quia sedem olim habuit in finibus Lotharingie & Francie ac amplissima bona ibidem possedit. Exerto autem saepius inter Reges Gallie & Burgundie Duces bello varia calamitates experta est. Unde Fridericus Comes Palatinus ad Rhenum & Elector, Imperii tunc temporis vicarius, Paulo Tossano SS. Theologiz Doctor & Consiliario Ecclesiastico Heidelbergensi Anno MDCLII. ob merita proavorum, equeletrum dignitatem clementissime renovavit. Ad maiorem illustrationem sequens schema genealogicum adiiciemus.

N. Gonorul Medecin du Roy	N. Fille de Jacques de Chou Advoc. General en la Cordes aydes à Paris
Petrus N.N. Tossanus	Philibert Couet Maître des requetes du l'hotel du Roy
Daniel Tossa- nus	Maria Couet
Paulus Tossanus	Briselance N.N. Ester Priselance
	Elisabetha Tossanin, Maritus Iohannes Vultejus.